MISSALE
Laibach/Ljubljana, 1296 Seite 184r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)



ei. Et factū est in die octauo. uenerūt circūcidere puerum. et
uocabant eum nomine patris sui zachariam. Et respondēs ma
ter eius dixit. Nequaquam. sed uocabitur iohes. Et dixerunt ad illam.
Quia nemo est in cognatione tua. qui uocetur hoc nomine. Innue
bant autem patri eius. quem uellet uocari eum. Et postulans pu
gillarem. scripsit dicēs. Johes est nomen eius. Et mirati sunt uniuersi.
Apertum est autem ilico os eius et lingua eius. et loquebatur benedicens
deum. Et factus est timor super omnes uicinos eorum. et super omnia
montana iudee. diuulgabantur omnia uerba hec. Et posuerunt
omnes qui audierant in corde suo dicentes. Quis putas puer
iste erit? Et enim manus domini. erat cum illo. Et zacharias pater
eius impletus est spiritu sancto. et prophetauit dicēs. Benedictus dominus deus
israel. quia uisitauit et fecit redemptionem plebis sue. Credo
in unum deum. Non dicitur. nisi sit dominica. off. Iustus ut palma. Re. Johis euglisste. Sc.
Tuo domine munere altaria cumulamus illius natiuitatem hono
re debito celebrantes. qui saluatorem mundi et cecinit affuturum.
et ad esse monstrauit. Dominum n. i. xm. co. Tu puer propheta altissimi
uocaberis pre ibis enim ante faciem domini parare uias
eius. copl. Sumat ecclesia tua deus beati Johis baptiste genera
tione leticiam. per quem sue regenerationis cognouit auctorem.
Multe tribulationes iustorum Johis et Pauli mr. Dominum n.
et de his omnibus liberauit eos dominus dominus custodit omnia
ossa eorum unum ex his non conteretur. v. Benedicam domino in omni
tempore semper laus eius in ore meo. Quesumus omnes deus. ut nos geminata
leticia hodierne festiuitatis excipiat. que de beatorum Johis
et Pauli glorificatione procedit. quos eadem fides et passio. ue
re fecit esse germanos. Per dominum n. i. xm. Lec. lib. Sapie.